



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Christiana Institvtio Virtutum & vitiorum sacri uerbi Dei  
declamatoribus admodum vtilis et necessaria**

**Ammiani, Sebastiano**

**Venetii, 1562**

Fidelitatis uerae quinq[ue] sunt signa.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-30415**

## INSTITVTO.

23

Deisa  
it eis po  
qui cre-  
Paulus  
r fidem  
est filio,  
dira Dei  
Et Pater  
potent  
ruenire  
nem for-  
mini pr  
perfec-  
Credite  
& secun-  
cit hom  
nde Pa-  
Heb. I.  
ia pecu-  
is dic-  
dem pa-  
et, qui  
n perdi-  
ternam  
osten-  
e deom-  
rio, qui  
o uero  
posse sanare seruum suum, & se indi-  
gnum esse, ut Christus intraret sub-  
iectum ipsius fatebatur. Vnde dictum  
est à domino. Non inueni tantam fi-  
dem in Israel. Secundum, ut homo bo-  
na transitoria intuitu æternorum con-  
temnat. Heb. Idem Moyses grandis **Heb. 11**  
factus negavit se esse filium filiæ pha-  
raonis, &c. usque improperia Chri-  
sti, &c. Tertium est, ut homo de Deo  
in aduersis confidat. Ideo dictum fue-  
rat Petro à Christo. Modicæ fidei qua-  
re dubitasti? Idem. Quid cogitatis **Mat. 14**  
inter uos modicæ fidei? Quartum est **Mat. 16**  
ut cum homo aliquid petit à Deo, &  
quamuis non statim accipiat, non ta-  
men propter hoc à proposito desistat.  
Nam dictum fuerat mulieri in oratio **Mat. 15**  
ne instanti. O mulier magna est fides  
tua, frat tibi sicut uis. Ad impetrandum  
multum ualet fidei magnitudo. Vnde  
P. Augustinus. Quantum uas fidei tu **Augus.**  
lerit quis ad fontem, tantum implet.  
Et Bernardus. Magna siquidem fides, **Bern.**  
magna meretur.

*Fidelitatis uera, quinque  
sunt signa.*

**P**rimum est relinquere terram  
inimicorum regis, silicet, mun-  
dum spernere, & ea quæ in mun-

CHRISTIANA

do sunt. Prosperitas namque siue amicitia huius mundi inimica est Deo; & tamen plurimi sunt hodie qui in terra inimicorum habitant propter inordinatum amorem, & iuncti sunt inimicis æterni regis.

**Bar. 3a**

Quos arguit Baruch dicens. Quid est Israel quod in terra inimicorum es, inuenti in terra aliena? Quia fædum rerum temporalium possident, & nihil regi, uel ullum obsequium tempore necessitatis

**Ifa. 43.**

impendunt, &c. Et Isa. Victimis suis

**Par. 12.**

non glorificasti me, &c. Et Paralip. Filii Israel nolite pugnare contra dominum Deum patrem uestrorum, quia non expedit uobis, &c. Quitalia faceret contra dominum terrenum mereretur emittere fædum. Secundum est, ut obedientes sint iussionis regis, sicut fecerunt. Magis sequentes stellam quam uiderant, quæ erat quasi lingua parvuli regis, sicut lingua Angelorum pastores uocauit. Magis ergo locutus est puer Iesus per stellam, quasi per linguam. Sed mirum est de multorum duritia, qui non obediunt, nec sequuntur imperium regis Christi cum audiant linguam multiplicem, scilicet Christi prædicationem, angelorum omnium creaturarum. Tertium signum est, ut regem honorent, sicut Magi tecerunt, qui procidentes adorauerunt

em. Honoratur autem per humilitatem, per misericordiam ad afflictos, et per gratiarum actiones. de primo dicebat Ecclesiasticus. Magna potentia **Ecc. 33**  
 Dei solius, et ab humilibus honoratur, superbi autem contumeliam faciunt creatori. De secundo habetur in Proverbiis. Honorat autem Deum qui miseretur pauperi. De tertio dicebat Psaltes. Sacrificium laudis honorificabit me. Quartum est, oblatio suarum rerum, sicut fecerunt Magi, obtulerunt domino aurum, thus & myrram. Et nos huic regi cœlesti debemus tria dare, sicut, aurum charitatis, myrram mortificationis, et thus de uotæ orationis. Quintum signum est, uitam regis diligenter custodire, sicut Magi fecere, non redeentes ad Herodem qui regem natum querebat ad perdendum. Non debet igitur servus Christi fidelis redire per viam latam Herodis.

*Fidelitas prælati in quinque  
debet esse.*

**P**rimo, in diligentia custodiendi. Debet enim esse solitus prælaus ad custodiendas animas sibi commissas, duabus rationibus. Prima

**Pro. 13.**

**Psal. 49**  
**Matt. 2**